BRIANVS WALTONVS. S.T.D. CANTAB. COLL. S PETR.
E CLEVELANDIA IN COMITAT. EBORAC
BIBLIA POLYGLOTTA INCHOAVIT Aº DOM. M.DC.
LIII. ABSOLVIT Aº. M.DCLVII. Aº ÆTATIS SVÆ. LVII.


S.S.
BIBLIA
Polyglotta.
Complectentia Textus Originales
HEBRAICOS cum
Pentat. Samarit:
CHALDAICOS
GRÆCOS.
Versionumq; Antiquarum
SAMARIT. GRÆC. SEPT.
CHALDAIC. SYRIACA.
LAT. VULG. ARABICA.
ÆTHIOPIC. PERSICA.
Quicquid comparari poterat.
Ex
Brianus

BIBLIA SACRA POLYGLOTTA,

COMPLECTENTIA

Textus Originales, { HEBRAICUM, cum Pentateucho Samaritano, } { CHALDAICUM, GRÆCUM.

Verſionumque antiquarum, [SAMARITANÆ, GRÆCÆ LXXII Interp. CHALDAICÆ, SYRIACÆ,] [ARABICÆ, ÆTHIOPICÆ, PERSICÆ, VULG. LAT.

Quicquid comparari poterat.

Cum Textuum, & Verſionum Orientalium Tranſlationibus Latinis.

EX

VETUSTISSIMIS MSS. UNDIQUE CONQUISITIS, optimiſque Exemplaribus impreſsis, ſummâ fide collatis.

Quæ in prioribus Editionibus deerant ſuppleta.
Multa antehac inedita, de novo adjecta.
Omnia eo ordine diſpoſita, ut Textus cum Verſionibus uno intuitu conferri poſſint.

Cum APPARATU, APPENDICIBUS, TABULIS, VARIIS LECTIONIBUS, ANNOTATIONIBUS, INDICIBUS, &c.

Opus totum in ſex Tomos tributum.

Edidit BRIANUS VVALTONUS, S. T. D.

Rationes quibus Opus hoc ſuſceptum,
Quorum Auſpiciis & munificentia promotum,
Quorum collatis ſtudiis & laboribus perfectum,
Quidque in hac Editione præ reliquis præſtitum,
Sequens Præfatio indicabit.

Ex de la Libreria del R.l Colegio de la Comp.a de Jhs de Salamanca

---

LONDINI,
Imprimebat THOMAS ROYCROFT,

M DC LVII.

BRIANI WALTONI S.T.D.

IN BIBLIA POLYGLOTTA PRÆFATIO.

INTER plurima beneficia quæ D. O. M. populo ſuo liberaliter contulit, hoc quaſi præcipuum refert vates Regius Pſal. 147. 19. quod *verbum ſuum annunciavit Jacobo, juſtitias & judicia ſua Iſraeli.* Unde Apoſt. Rom. 3. 1, 2. inter prærogativas populi Judaici maximam æſtimavit, quod *Credita ſunt illi eloquia Dei.* Quid enim aliud ſunt Scripturæ S. quam *Epiſtola omnipotentis Dei ad creaturam ſuam* (ut olim S. Auguſtinus) in qua voluntatem ſuam de vero ejus cultu, & æterna hominum ſalute patefecit? *nam de illa civitate unde peregrinamur* (ut idem) *hæ literæ nobis pervenerunt.* Ex his ſalutaria vitæ ac morum præcepta petenda, quæ non ex Stoæ effatis, Academiæ placitis, vel Lycei ſcatebris; non ex Memphiticis myſteriis, Platonis vel Pythagoræ dictatis, vel turbidis Philoſophorum lacunis, ſed ex Academia cœleſti puriſque Iſraelis fontibus haurienda. Eſt enim Scriptura *fons aquæ vivæ, de quo qui bibit, non ſitiet in æternum;* Manna cœleſtis, cibus ille Angelorum *qui de cœlo deſcendit, de quo qui comederit, nunquam moritur;* Edenis hortus, ubi arbor vitæ fructus protuberans ſingulis menſibus ad cibum, cujus folia ſunt ad medicinam; Panoplia Spiritualis contra omnes animæ hoſtes, Antidotum contra peſtiferas hæreſes, Catholicon peccantes humores purgans. Et ut paucis dicam, S. Scriptura eſt quæ ignaros inſtruit, errantes in viam revocat, currentes roborat, infirmos reficit, eſurientes ſaturat, contra hoſtes protegit, in adverſis ſolatur, denique inſtar Cynoſuræ fluctibus & tempeſtatibus hujus ſeculi jactatos ad æternum ſalutis portum dirigit. In hoc terreſtri Paradiſo dum exſpatiamur, cum Deo Opt. Max. beatiſq; Angelis verſamur, cum Patriarchis & ſanctiſſimis Patribus, Prophetis & Apoſtolis, imo cum Chriſto Dei filio unigenito ſalutis noſtræ duce colloquimur, a quo, qui eſt via, veritas & vita, veram ſapientiam diſcimus quæ ad vitam ſempiternam viam monſtrat.

Quicquid vero de Scripturæ præſtantia, ſufficiencia, perſpicuitate, auctoritate ſumma & uſu admirabili dici poteſt paucis complectitur Gregorius XIII Pontifex Romanus, literis Apoſtolicis ad Regem Catholicum datis, quæ Bibliis Regiis præfixæ ſunt, ubi inter alia hæc habet, *Scripturarum beneficium permagnum eſſe: nam quod ad Theologiam attinet, quæ eſt ſumma Philoſophia, his libris omnia noſtræ Religionis & Divinitatis myſteria explicantur; quod vero ad eam partem attinet quæ Moralis nominatur, hinc quoque omnia ad omnes virtutes præcepta colliguntur; quibus quidem duabus partibus omnis noſtræ ſalutis & fœlicitatis ratio continetur, ut nihil eſſe poſſit horum librorum lectione dignius, nihil fructuoſius, nihil omni hominum generi accommodatius, nihil majori doctrina & ſapientia refertius.* Hæc Pontificis verba plane aurea cum veriſſima ſint, à vero multum aberrant qui Scripturam in neceſſariis mancam, obſcuram, ambiguam, vel ab Eccleſiæ auctoritate, ſaltem quoad nos, pendentem faciunt. Conſtituit quidem Deus Eccleſiam oraculorum ſuorum cuſtodem & interpretem fidelem, unde *firmamentum & columna veritatis* dicitur, at Judicem Scripturæ non fecit, ſed Scripturam ipſam, ſi non Judicem proprie dictum, normam tamen & regulam, ſecundum quam controverſias circa fidem dijudicare debet Eccleſia, omnibus propoſuit. Nec auctoritatem aliunde habere poteſt, quàm ab auctore Chriſto, non ab ipſis Prophetis vel Apoſtolis, multo minus ab ordinariis Eccleſiæ Rectoribus: nam teſte S. Auguſtino c. 25. De conſenſu Evangeliſt. *Illud literis conſignarunt Apoſtoli tanquam membra, quod dictante Chriſto Capite cognoverunt.* Et Theodoret. Præf. in Pſal. nec non Greg. præf. in Job, *Linguas & manus Scriptorum ſacrorum nihil aliud quam Sp. ſancti calamos appellandos eſſe* cenſuerunt. Etſi autem in librorum ſacrorum conſervatione Eccleſiæ opera uſus ſit Deus, tamen ſpeciali providentia eis ita invigilavit, ut ab ipſo primo inſpiratos eſſe miranda ipſorum conſervatione monſtrarit, dum divina hæc fidei ſpeiq; noſtræ monumenta tantis munivit præſidiis, ut per tot ſeculorum decurſus, inter tot imperiorum ruinas, tot regnorum mutationes & ἀνωμαλίας, inter tot librariorum tranſcriptiones, exemplaribus inter tot nationes diſperſis, tanta terræ mariſque intercapedine disjunctas, ſoloque fidei nexu colligatas, contra Hæreticorum fraudes, & Tyrannorum furores, qui ea vel corrumpere vel abolere totis viribus conati ſunt, ſarta tecta ad noſtra tempora conſervata, & ad ultimam temporis particulam permanſura ſint.

Cumque Eccleſiæ utriuſque Fœderis libri à Chriſto concrediti ſint, multum falluntur qui Codices Hebræos ad Eccleſiæ curam non pertinere affirmant, ſed quaſi Judæorum propria eſſent, exemplaria Judaica & libros Judaicos appellant: nam ex quo Judæis libellus repudii à Deo datus eſt, injuſti facti ſunt Codicum ſacrorum poſſeſſores, quorum cuſtos Eccleſia, quæ in jus & hæreditatem ſucceſſit, à Chriſto conſtituta eſt. Judæi enim, teſte Apoſtolo, *velamen habent ſuper corda ipſorum poſitum cum legitur Moſes*, & in cortice hærent, ad medullam non penetrant, unde facti ſunt, ut loquitur idem S. Auguſt. bajuli, & capſarii noſtri, qui libros vet. Teſt. pro nobis portant, & inſtar cæcorum qui ſpecula polita manibus geſtant in quibus alii multa vident, ipſi nihil. Abſurdum plane eſt, Teſtamentum quod Deus nuncupavit, & in quo Eccleſiam Hæredem conſcripſit (inquit vir doctus) in


CHOROGRAPHICA
TERRÆ SANCTÆ
DESCRIPTIO.
SYRIÆ
VETERIS
DESCRIPTIO.
CASTRA ISRAELITARUM IN DESERTO.
PEREGRINATIO
ISRAELITARUM
IN DESERTO
MARIS MEDITERRANEI PARS
Mare Ægyptiacum
Mare Syriacum
ÆGYPTI
ARABIÆ FELICIS PARS
MESOPOTAMIÆ PARS
ARABIA DESERTA
ARABIÆ PETRÆÆ PARS
MARE GALILÆÆ
MARE MORTUUM
Lacus Asphaltites
GALILÆA SUPERIOR
TRIBUS ASER
SAMARIA
PHILISTIM
MARE MAGNUM
MEDITERRANEUM
PHARAN

ספר בראשית : א
TEXTUS HEBRAICUS,

Cum Verſione interlineari Santis Pagnini, ad Hebraicam phraſin examinatâ per Ben. Ariam Montanum, & alios.

1 בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ׃
2 והארץ היתה תהו ובהו וחשך על־פני תהום ורוח אלהים מרחפת על־פני המים׃
3 ויאמר אלהים יהי אור ויהי־אור׃
4 וירא אלהים את־האור כי־טוב ויבדל אלהים בין האור ובין החשך׃
5 ויקרא אלהים לאור יום ולחשך קרא לילה ויהי־ערב ויהי־בקר יום אחד׃
6 ויאמר אלהים יהי רקיע בתוך המים ויהי מבדיל בין מים למים׃
7 ויעש אלהים את־הרקיע ויבדל בין המים אשר מתחת לרקיע ובין המים אשר מעל לרקיע ויהי־כן׃
8 ויקרא אלהים לרקיע שמים ויהי־ערב ויהי־בקר יום שני׃
9 ויאמר אלהים יקוו המים מתחת השמים אל־מקום אחד ותראה היבשה ויהי־כן׃
10 ויקרא אלהים ליבשה ארץ ולמקוה המים קרא ימים וירא אלהים כי־טוב׃
11 ויאמר אלהים תדשא הארץ דשא עשב מזריע זרע עץ פרי עשה פרי למינו אשר זרעו־בו על־הארץ ויהי־כן׃
12 ותוצא הארץ דשא עשב מזריע זרע למינהו ועץ עשה־פרי אשר זרעו־בו למינהו וירא אלהים כי־טוב׃
13 ויהי־ערב ויהי־בקר יום שלישי׃
14 ויאמר אלהים יהי מארת ברקיע השמים להבדיל בין היום ובין הלילה והיו לאתת ולמועדים ולימים ושנים׃

Vulgata LATINA

Verſio, juxta exemplaria emendata Sixti V. & Clem. VIII.

CAP. I.

1 IN Principio creavit Deus cœlum & terram. 2 Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. 3 Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. 4 Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diviſit lucem à tenebris. 5 Appellavitque lucem Diem, & tenebras Noctem: factumque eſt veſpere & mane, dies unus. 6 Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & dividat aquas ab aquis. 7 Et fecit Deus firmamentum, diviſitque aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum. Et factum eſt ita. 8 Vocavitque Deus firmamentum, Cœlum: & factum eſt veſpere & mane, dies ſecundus. 9 Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt, in locum unum: & appareat arida. Et factum eſt ita. 10 Et vocavit Deus aridam, Terram, congregationeſque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. 11 Et ait: Germinet terra herbam virentem & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus ſuum, cujus ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. 12 Et protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen juxta genus ſuum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque ſementem ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. 13 Et factum eſt veſpere & mane, dies tertius. 14 Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diem ac noctem, & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos:

VERSIO GRÆCA LXX. INTERP.

Juxta exemplar Vatican. Romæ impreſſum: ſubſcriptis quæ aliter leguntur in venerabil. MS. Angl. ex Alexandria allato, cum Verſ. Lat. Edit. Rom.

* ΚΕΦ. α'.

1 ΕΝ ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. 2 Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος· καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου· καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. 3 Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, Γενηθήτω φῶς· καὶ ἐγένετο φῶς. 4 Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς, ὅτι καλόν· καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους. 5 Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ, ἡμέρα μία. 6 Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, Γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος· καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος· καὶ ἐγένετο οὕτως. 7 Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα· καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος, ὃ ἦν ὑποκάτω τοῦ στερεώματος, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπάνω τοῦ στερεώματος. 8 Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα, οὐρανόν. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν· καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ, ἡμέρα δευτέρα. 9 Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, Συναχθήτω τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά. Καὶ ἐγένετο οὕτως. Καὶ συνήχθη τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, καὶ ὤφθη ἡ ξηρά. 10 Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὴν ξηρὰν, γῆν· καὶ τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσας. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν. 11 Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ (α) κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἐγένετο οὕτως. 12 Καὶ ἐξήνεγκεν ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς. 13 Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ, ἡμέρα τρίτη. 14 Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, Γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ (β) εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦ διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον τῆς ἡμέρας καὶ ἀνὰ μέσον τῆς νυκτός· καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐνιαυτούς.

MS. A. * Τετράποδα. (α) γένος εἰς ὁμοιότητα. (β) ἐπὶ τῆς γῆς ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς, καὶ διαχωρίζειν

CAP. I.

1 IN Principio fecit Deus cœlum & terram. 2 Terra autem erat (a) inviſibilis, & incompoſita: & tenebræ ſuper abyſſum: & Spiritus Dei ſuperferebatur ſuper aquam. 3 Et dixit Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. 4 Et vidit Deus lucem, quia bona eſt. Et diviſit Deus inter lucem & tenebras. 5 Et vocavit Deus lucem, Diem: & tenebras vocavit Noctem. Et factum eſt (b) veſpere, & factum eſt mane, dies unus. 6 Et dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquæ, & ſit dividens inter aquam, & aquam. Et factum eſt ſic. 7 Et fecit Deus firmamentum: & diviſit Deus inter aquam, quæ erat ſub firmamento, & inter aquam, quæ ſupra firmamentum. 8 Et vocavit Deus firmamentum, Cœlum. Et vidit Deus, quia bonum eſt. Et factum eſt veſpere, & factum eſt mane, dies ſecundus. 9 Et dixit Deus: (c) Congregetur aqua, quæ ſub cœlo, in congregationem unam, & appareat arida. Et factum eſt ſic. Et congregata eſt aqua, quæ ſub cœlo, in congregationes ſuas: & apparuit arida. 10 Et vocavit Deus aridam, Terram: & collectiones aquarum vocavit Maria. Et vidit Deus, quia bonum eſt. 11 Et dixit Deus: Germinet terra herbam pabuli, (d) ſeminans ſemen ſecundum genus, & ſecundum ſimilitudinem; & lignum fructiferum faciens fructum, cujus ſemen ipſius in ipſo ſecundum genus ſuper terram. Et factum eſt ſic. 12 Et produxit terra herbam pabuli, ſeminans ſemen ſecundum genus, & ſecundum ſimilitudinem; & lignum fructiferum faciens fructum, cujus ſemen ejus in ipſo ſecundum genus ſuper terram. Et vidit Deus, quia bonum eſt. 13 Et factum eſt veſpere, & factum eſt mane, dies tertius. 14 Et dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli (g) ad illuminationem ſuper terram; ut dividant inter diem & noctem; & ſint in ſigna, & in tempora, & in dies, & in annos.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

ܒܫܡ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܐܚܝܕ ܟܠ ܡܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܟܬܒܐ ܕܐܘܪܝܬܐ ܕܡܘܫܐ ܢܒܝܐ. ܟܬܒܐ ܩܕܡܝܐ ܕܒܪܝܬܐ.

1 ܒܪܫܝܬ ܒܪܐ ܐܠܗܐ ܝܬ ܫܡܝܐ ܘܝܬ ܐܪܥܐ. 2 ܘܐܪܥܐ ܗܘܬ ܬܘܗ ܘܒܘܗ ܘܚܫܘܟܐ ܥܠ ܐܦܝ ܬܗܘܡܐ. ܘܪܘܚܗ ܕܐܠܗܐ ܡܪܚܦܐ ܥܠ ܐܦܝ ܡܝܐ. 3 ܘܐܡܪ ܐܠܗܐ ܢܗܘܐ ܢܘܗܪܐ ܘܗܘܐ ܢܘܗܪܐ. 4 ܘܚܙܐ ܐܠܗܐ ܠܢܘܗܪܐ ܕܫܦܝܪ. ܘܦܪܫ ܐܠܗܐ ܒܝܬ ܢܘܗܪܐ ܠܚܫܘܟܐ. 5 ܘܩܪܐ ܐܠܗܐ ܠܢܘܗܪܐ ܐܝܡܡܐ ܘܠܚܫܘܟܐ ܩܪܐ ܠܠܝܐ. ܘܗܘܐ ܪܡܫܐ ܘܗܘܐ ܨܦܪܐ ܝܘܡܐ ܚܕ. 6 ܘܐܡܪ ܐܠܗܐ ܢܗܘܐ ܪܩܝܥܐ ܒܡܨܥܬ ܡܝܐ. ܘܢܗܘܐ ܦܪܫ ܒܝܬ ܡܝܐ ܠܡܝܐ. 7 ܘܥܒܕ ܐܠܗܐ ܪܩܝܥܐ. ܘܦܪܫ ܒܝܬ ܡܝܐ ܕܠܬܚܬ ܡܢ ܪܩܝܥܐ ܘܒܝܬ ܡܝܐ ܕܠܥܠ ܡܢ ܪܩܝܥܐ. ܘܗܘܐ ܗܟܢܐ. 8 ܘܩܪܐ ܐܠܗܐ ܠܪܩܝܥܐ ܫܡܝܐ. ܘܗܘܐ ܪܡܫܐ ܘܗܘܐ ܨܦܪܐ ܝܘܡܐ ܕܬܪܝܢ. 9 ܘܐܡܪ ܐܠܗܐ ܢܬܟܢܫܘܢ ܡܝܐ ܕܠܬܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܠܐܬܪܐ ܚܕ ܘܬܬܚܙܐ ܝܒܝܫܬܐ. ܘܗܘܐ ܗܟܢܐ. 10 ܘܩܪܐ ܐܠܗܐ ܠܝܒܝܫܬܐ ܐܪܥܐ. ܘܠܟܢܫܐ ܕܡܝܐ ܩܪܐ ܝܡܡܐ. ܘܚܙܐ ܐܠܗܐ ܕܫܦܝܪ. 11 ܘܐܡܪ ܐܠܗܐ ܬܦܩ ܐܪܥܐ ܬܕܐܐ ܥܣܒܐ ܕܡܙܕܪܥ ܙܪܥܐ ܠܓܢܣܗ. ܘܐܝܠܢܐ ܕܦܐܪܐ ܕܥܒܕ ܦܐܪܐ ܠܓܢܣܗ ܕܢܨܒܬܗ ܒܗ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܗܘܐ ܗܟܢܐ. 12 ܘܐܦܩܬ ܐܪܥܐ ܬܕܐܐ ܥܣܒܐ ܕܡܙܕܪܥ ܙܪܥܐ ܠܓܢܣܗ. ܘܐܝܠܢܐ ܕܥܒܕ ܦܐܪܐ ܕܢܨܒܬܗ ܒܗ ܠܓܢܣܗ. ܘܚܙܐ ܐܠܗܐ ܕܫܦܝܪ. 13 ܘܗܘܐ ܪܡܫܐ ܘܗܘܐ ܨܦܪܐ ܝܘܡܐ ܕܬܠܬܐ. 14 ܘܐܡܪ ܐܠܗܐ ܢܗܘܘܢ ܢܗܝܪܐ ܒܪܩܝܥܐ ܕܫܡܝܐ ܠܡܦܪܫ ܒܝܬ ܐܝܡܡܐ ܠܠܠܝܐ. ܘܢܗܘܘܢ ܠܐܬܘܬܐ ܘܠܙܒܢܐ ܘܠܝܘܡܬܐ ܘܠܫܢܝܐ.

In Nomine Domini Omnipotentis aggredimur impreſſionem libri legis Moſis Prophetæ. Ac primo librum Creationis.

CAP. I.

1 IN principio creavit Deus eſſe cœli & eſſe terræ. 2 Terra autem erat deſerta & inanis, tenebræque ſuper faciem abyſſi: & Spiritus Dei incubabat ſuperficiei aquarum. 3 Dixitq; Deus, Fiat lux: factaq; eſt lux. 4 Viditque Deus lucem quòd bona eſſet. Et diviſit Deus inter lucem & tenebras. 5 Appellavitque Deus lucem, diem: & tenebras appellavit noctem: fuitque veſpera, fuitque mane dies unus. 6 Et dixit Deus, Sit firmamentum in medio aquarum: & ſit, dividatque inter aquas & aquas. 7 Fecitque Deus firmamentum, & diviſit aquas quæ ſub firmamento, & aquas quæ ſuper firmamentum: & fuit ita. 8 Appellavitq; Deus firmamentum cœlum: & fuit veſpera, & fuit mane dies ſecundus. 9 Et dixit Deus, Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locū unum, & appareat arida: & fuit ita. 10 Et appellavit Deus aridā, terram: congregationem verò aquarū appellavit maria: viditque Deus quòd bonum eſſet. 11 Et dixit Deus, Producat terra germen herbæ quæ ſemente ſeratur juxta genus ſuum: & arborem fructū edentem fructus juxta genus ſuū, cujus planta ſit in ſemetipſa ſuper terram, & fuit ita. 12 Et produxit terra germen herbæ quæ ſemendo ſeratur juxta genus ſuum & arborē producentem fructum cujus planta eſt in ſemetipſâ juxta genus ſuū. Viditque Deus quòd eſſet bonum. 13 Et fuit veſpera, fuitq; mane dies tertius. 14 Dixitque Deus, Sint luminaria in firmamento cœli ad diſtinguendum inter diem & noctem: ſintque in ſigna, & tempora, et in dies, & annos;

PARAPH. CHALD. Edit. BASIL. cum Verſ. LAT.

תרגום אונקלוס TARGUM ONKELOS.

בקדמין ברא יי ית שמיא וית
ארעא: וארעא הות צדיא
וריקניא וחשוכא על אפי
תהומא ורוחא מן קדם יי
3 מנשבא על אפי מיא: ואמר יי
4 יהי נהורא והוה נהורא: וחזא
יי ית נהורא ארי טב ואפריש
5 יי בין נהורא ובין חשוכא: וקרא
יי לנהורא יממא ולחשוכא
קרא ליליא והוה רמש
6 והוה צפר יומא חד: ואמר יי
יהי רקיעא במציעות מיא ויהי
7 מפריש בין מיא למיא: ועבד
יי ית רקיעא ואפריש בין מיא
די מלרע לרקיעא ובין מיא די
8 מעל לרקיעא והוה כן: וקרא
יי לרקיעא שמיא והוה רמש
9 והוה צפר יום תנין: ואמר יי
יתכנשון מיא מתחות שמיא
לאתר חד ותתחזי יבישתא
10 והוה כן: וקרא יי ליבשתא
ארעא ולבית כנישות מיא
11 קרא ימי וחזא יי ארי טב: ואמר
יי תדאית ארעא דתאה עסבא
דבר זרעיה מזדרע אילן פירין
עבד פירין לזניה דבר זרעיה
12 ביה על ארעא והוה כן:
ואפיקת ארעא דתאה עסבא
דבר זרעיה מזדרע לזנוהי
ואילן עבד פירין דבר זרעיה
13 ביה לזנוהי וחזא יי ארי טב:
14 והוה רמש והוה צפר יום
תליתאי: ואמר יי יהון נהורין
ברקיעא דשמיא לאפרשא בין
יממא ובין ליליא ויהון לאתין
ולזמנין ולממני בהון יומין
ושנין:

CAP. I.

1 IN principio creavit Deus
2 cœlum et terrã. Terra autem erat deſerta et vacua: et tenebræ ſuper faciē abyſſi: et ſpiritus à conſpectu Dei inſufflabat ſuper faciem aquarū.
3 Et dixit Deꝰ, Sit lux:
4 et fuit lux. Et vidit Deꝰ lucem, quòd eſſet bona: & diviſit Deꝰ inter lucē, et inter tenebras.
5 Appellavitq; Deus lucem, Diem, et tenebras, vocavit Noctē: et fuit veſpera et fuit mane, dies unus.
6 Et dixit Deus, ſit firmamētū in medio aquarū: et dividat inter aquas et aquas.
7 Et fecit Deꝰ firmamētum: et diviſit inter aquas, quæ erant ſubter firmamētum; et inter aquas quæ erant ſuper firmamentum: et fuit
8 ita. Et vocavit Deus firmamentum, cælū: Et fuit veſpere & fuit mane, dies ſecundus.
9 Et dixit Deꝰ, Congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt, in locum unum, et appareat arida: Et fuit ita.
10 Et vocavit Deus aridā, terram: et locū congregationis aquarū, appellavit maria: Et vidit Deus quòd eſſet bonū.
11 Et dixit Deꝰ, Germinet terra germen, herbam cujus filiꝰ ſementis ſeminatur, arboremq; fructiferā facientē fructꝰ ſecundum genus ſuū, cujus filiꝰ ſeminis in ipſo ſit, ſuper terram: Et fuit ita.
12 Et produxit terra germen, herbā cujus filius ſeminis ſeminatur, ſecundū genꝰ ſuum, et arborē facientē fructꝰ, cujus filius ſeminis eſt in ipſo, ſecundū genus ſuum: et vidit Deus,
13 quòd eſſet bonum. Et fuit veſpere & fuit mane, dies
14 tertius. Et dixit Deus, Sint luminaria in firmamento cœli, ut dividant inter diem et noctem: & ſint in ſigna et in tempora; et ut numerentur per ea dies & anni.

TEXTUS HEBRÆOSAMARITANUS.

[illegible]

VERSIO SAMARITANA.

[illegible]

TEXT. ET VERS. SAM. Tranſlatio Latina.

CAP. I.

1 IN Principio creavit Deus cœlum et terram.
2 Terra autem erat inanis et vacua, et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Spiritus autem Dei ferebatur ſuper aquas.
3 Et dixit Deus, Sit lux, et facta eſt lux.
4 Et vidit Deus lucem quòd bona eſſet. Et ſeparavit Deus inter lucem et inter tenebras.
5 Vocavitque Deus lucem, diem; et tenebras vocavit noctem. Et factum eſt veſpere, factumque eſt mane, dies unus.
6 Et dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum: ſeparetque aquas ab aquis.
7 Et fecit Deus firmamentum, ſeparavitque aquas quæ erant ſub firmamento ab aquis quæ erant ſuper firmamentum: et factum eſt ita.
8 Vocavitque Deus firmamentum, cœlum: Et factum eſt veſpere, factumque eſt mane, dies ſecundus.
9 Et dixit Deus, congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt in locum unum, et appareat arida: et factum eſt ita.
10 Et vocavit Deus aridam, terram, et congregationes aquarum vocavit maria: et vidit Deus quod bonum eſſet.
11 Et dixit Deus, Germinet terra herbam virentem, (b) ſeminantem ſemen; et arborem fructiferam, facientem fructum ſecundum ſpeciem ſuam, cujus ſemen ſit in ea ſuper terram: et factum eſt ita.
12 Produxitque terra herbam virentem (c) ſeminantem ſemen ſecundum ſpeciem ſuam, et arborem facientem fructum (d) cujus ſemen in ipſo ſit ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quod bonum eſſet.
13 Et factum eſt veſpere, factumque eſt mane, dies tertius.
14 Et dixit Deus, Sint luminaria in firmamento cœli, ut luceant ſuper terram, et dividant diem ac noctem, et ſint in ſigna et in tempora, et in dies, et annos.

VERS. SA. (a) perflans ſuper faciem aquæ (b) [illegible] (c) [illegible] (d) [illegible]

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

بسم الله الرحمن الرحيم نبتدي بتكميل التوراة المقدسة السفر الاول
وهو سفر الخليقة · الفصل · أ
1 * اول ما خلق الله السماء والارض * وكانت الارض غامرة مستبحرة * وظلام علي وجه الغمر
2 ورياح الله تهب علي وجه الماء * فشاء الله ان يكون نور فكان نور * ولما علم الله ان النور
3 جيد فصل الله بين النور والظلام * وسمي الله ازمان النور نهارا وازمان الظلام ليلا * ولما
4 مضي الليل والنهار يوم واحد * شاء الله ان يكون جلد في وسط الماء ويكون فاصلا بين
5 الماءين * فصنع الله الجلد وفصل بين الماء الذي من دونه والماء الذي من فوقه فكان
6 كذلك * وسمي الله الجلد سماء ولما مضي من الليل والنهار يوم ثان * شاء الله ان
7 تجتمع المياه التي تحت السماء الي موضع واحد ويظهر اليبس فكان كذلك * وسمي الله
8 اليبس ارضا ومجتمع المياه بحارا لما علم ان ذلك جيد * وشاء الله ان تنبت الارض كلا
9 عشبا ذا حب وشجرا ذا ثمر يخرج من اصنافه ما غرسه منه علي الارض * فكان كذلك
10 * واخرجت الارض كلا وعشبا ذا حب لاصنافه وشجرا يخرج ثمرا غرسه منه لاصنافه * لما
11 علم الله ان ذلك جيد * ولما مضي من الليل والنهار يوم ثالث * شاء الله ان يكون
12 انوار في جلد السماء تفرق بين الليل والنهار ويكون ايات واوقاتا واياما وسنين
13
14

In Nomine Dei miſericordiſſimi miſeratoris aggredimur impreſſionem Legis ſacroſanctæ. Liber primus, viz. Liber Creationis.

CAP. I.

1 PRimum quod creavit Deus, fuit cœlum et terra.
2 Erat autem terra abyſſis cooperta, obruta aquis: et tenebræ ſuper faciem abyſſi, et venti Dei flabant ſuper faciem aquæ.
3 Voluitque Deus ut eſſet lux, et fuit lux.
4 Cum cognoviſſet Deus lucem eſſe bonam, diviſit Deus inter lucem et tenebras.
5 Et vocavit Deus tempora lucis, Diem: et tempora tenebrarum, Noctem. Cumque præteriiſſet nox et dies, dies unus,
6 Voluit Deus ut eſſet firmamentum in medio aquæ, et eſſet dividens inter ambas aquas.
7 Et fecit Deus firmamentum, diviſitque inter aquas quæ erant infra illud, et aquas quæ erant ſupra illud: et fuit ita.
8 Et vocavit Deus firmamentum, Cœlum. Cumque præteriiſſet ex nocte et die, dies ſecundus,
9 Voluit Deus ut congregarentur aquæ quæ ſub cœlo in locum unum, et appareret aridum: fuitque ita.
10 Et vocavit Deus aridam terram: et congregationem aquæ, maria. Cum cognoviſſet illud eſſe bonum,
11 Voluit Deus ut produceret terra germen, herbam habentem ſemen et arborem fructiferam producentem fructus ex ſpecie ſua, quorum [illegible] ſit in ea ſuper terram: et fuit ita.
12 Et produxit terra germen et herbam habentem ſemen ſecundum ſpeciem ſuam, et arborem producentem fructus, quorum plantæ ſunt ex ea ſecundum ſpeciem ſuam.
13 Cum cognoviſſet Deus illud eſſe bonum, cumque præteriiſſet ex nocte et die, dies tertius;
14 Voluit Deus ut eſſent luminaria in firmamento cœli, dividentia inter noctem et diem, eſſentque ſigna, et tempora, et dies, et anni.